

Matthias Stein

Rector Academiae Rostochiensis, Matthias Stein/ J. U. D. Cod. P.P.O. Ad Exeqvias Solennes ... Matronae, Dn. Clarae Margaretae Zimmermanniae, Nativitate Scharfiæ, abs Superstitibus Genero Filiisque maximè inclytis ritu Christiano paratas ... Cives Academicos ... publico hocce Programmate Convocatos ac invitatos vult : [P.P. & sigillo Rectorali munitum Anno MDCCXI. d. 23. Aprilis]

Rostochii: Wepplingius, [1711]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774514647>


Druck Freier  Zugang



Stein, M.,
in
Cl. Marg. Scharf,
uxor. 1.) J. H. Koepke
et 2.) J. Zimmermann.
Rost. 1711.

40.





RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

MATTHIAS  SERENI

J. U. D. Cod. P. P. O.

AD EXEQVIAS SOLENNES,

*Præ Nobilissima omniq^{ue} muliebrum virtutum decoro
nitidissima* MATRONÆ,

DN. CLARÆ MARGARETÆ ZIMMERMANNIÆ,

Nativitate SCHARFIÆ,

abs

Superstitibus GENERO FILIISQVE

maximè inclytis

ritu Christiano paratas,

frequente comitatu eundas

ACADEMICOS O. O. HONORATISSIMOS

publico hocce Programme

Convocatos ac invitatos

vult.



Rostockii, Typis Jo: Wepplingii, SER. PRIN. & ACAD. Typogr.



Uperiori Paschatos Festo cum pu-
blico, ceu consvetudo fert, Pro-
grammate ad Vos verba face-
rem, *CIVES ACADEMICI O. O.
HONORATISSIMI!* id mihi nego-
tium in hoc meo Rectoratu,
qvem & propediē Præ-Nobilissi-
mo cuidam Viro atq; Collegæ Æ-
stumatissimo traditurus sum, ulte-
rius impositū non iri, eqvidem speraveram: Verum enim
verò, qvod omnes in hanc mortalitatem progenitos ma-
net, inevitabile fatum hæcce iterum, præter spem &
opinionem meam, ad Vos scribere jubet, Christianaqve
charitas postulat, prouti & Defuncta piè in Domino
Matrona, cui justa exeqvialia hodiè persolventur,
si qvæ alia, benè commeruit, ejusdemqve superstiti,
maximo nunc in luctu versanti, honoratissimæ in-
ter nos Familiæ debetur. Ita, qvod funeris solennis
cum indictione vixdum humeris meis impositum Re-
gimen Academicum ante semestris spatium auspicabar,
siqvem tum Viro & senectute & munere, qvod
gesserat, Gravissimo atqve Illustri parentandum mihi
erat; nunc simili scriptionis genere, in solenni funere
Præ-Nobilissimæ cujusdam omniumqve suum sexum
condecorantium virtutum cumulo ornatissimæ Ma-
tronæ, finire teneor. Etiam si autem, ut initium,
sic & novissima Rectoratus mei circa funera versantur;
gratias tamen Deo summas debemus omnes, cujus
clementissima providentia nos hucusqve protexit, ut,
qvi Vicinos nostros haud leviter affligerunt, contagio-
si morbi nostram infestare patriam nulli potuerint.
Unde & Academia nostra, unam si præterea honestam
foemi-

sceminam exceperis ; ipso in puerperio extinctam, duobus hisce plura per integrum semestre , & quod superat , funera non numeravit , nec multos per annos pauciores , quam hac tempestate , exequias defunctis paratas universa hæc Civitas vidit. Quod singulare Dei , quo nos beavit , beneficium mente semper memori agnoscamus unoque ore celebremus atque deprædicemus, decet. Interim aliorum exemplo moniti discamus , quid nobis non minus , nisi DEUS id clementissimè averteret, evenire possit. Et dum aliorum funera vel duci videmus audimusve, vel ipsimet prosequimur , eandem mortalitatis legem & nobis incumbere cogitemus. Eiusque modi meditationibus hodiè quoque nos inter dabitur occasio. Lugetur namque nunc ab omnibus Suis christianè simul , at peracerbe etiam , sub veneratione Divinæ Voluntatis ac Providentiæ , Femina ex Urbe Luneburgensi cum aliis Primaria , Præ-Nobilissima & omni virtutum genere multò decoratissima , Domina CLARA MARGARETA SCHARFIA , primum quidem B. DN. D. KOEPKENII , ac deinde quoque B. DN. ZIMMERMANNI , Præsidis judicii longè Meritissimi Vidua probitatis omnigenæ fulgore spectatissima , cujus exuviæ in terram adusque beatam resurrectionem recondendæ hodie sunt. De cujus quidem laudibus non faciliè nimia dicturi foremus ; at hoc potissimum loco ea maximè , quæ vitam ipsius honestissimam , & subsequutam mortem beatissimam declarant , iisdem ferè, quibus comunicata nobis illa sunt, verbis, referemus. Agnovit igitur hæc ipsa Matrona Laudatissima filiam sese Viri Maximè Reverendi , & Perexcellenter

111

A 2

Docti,

Docti, nunc Beati, Domini DAVIDIS SCHARFII,
Hamburgensis, qui inter studia apud Gryphes, Wit-
tebergenses & Lipsienses optime excolta non tan-
tum variis publicæ solertiæ indiciis, sed & Doctora-
tu Philosophico à Wittebergensibus collato, imo & su-
sceptis postea, cum annus ætatis vicesimus & sextus
difflueret, dextreq; per 41. & quod excurrit annos defun-
ctis Bardovicensis Canonici, Pastoris Primarii, &
Superintendentis honoribus increbuit; & Viraginis
multis magnisque nominibus laudatissimæ, itidemq;
Beatæ, Dominae ANNÆ JANICHIÆ, Norvagæ Ber-
gensis. Avus paternâ origine ipsi contigit, Vir No-
bilissimus & Florentissimus, JOACHIMUS SCHARF,
Mercator inter Hamburgenses notæ optimæ, Aviaq;
Fœmina Honestissima, MARGARETA KREBS,
utrimqve è laudabili prosapiâ civili ulterius orti. Pro
maternâ autem origine venerata est memoriam Vi-
ri Maximè Reverendi, ac Devotissimi, Domini
HENRICI JANICHI, Luneburgensis, itidem Phi-
losophiæ Magistri, ac priumum Bergensis in Norvagiâ,
deinceps autem Catharinensis inter Hamburgenses
Pastoris longè quondam fidelissimi ac Dilectissimi,
velut Avi sui Desideratissimi, ac Fœminæ quondam
Nobilissimæ, ac Decentissimæ, Dominae CATHA-
RINÆ DUBBEN, ex insigni familiâ Lubecensi
prognatæ, velut Avia, vel ipsi Matri nimis citò ere-
ptæ. Quorum quidem de Parentum, Avorumque
atqve Aviarum laudibus, ac Majoribus multa glo-
riose omninò & non infructuose dici poterant, nisi par-
tim ex Beatorū Parentis atq; Avi propriis scriptis, partim
ex funebribus in illorū fermè omnium memoriam im-
pressis

preffis Concionibus publicè proftarent meritiffimæ
 ipforum Laudes, prætereaque beatè defunctæ no-
 ftræ Matronæ gloria ex singularibus fuis virtutibus
 quàm maximè metienda foret. Nata ILLA eft
 Bardovici, quod nomen totius Germaniæ fermè an-
 tiquiffimam refert urbem, fitam in Terris Lunebur-
 gicis, ac quondam prifcorum in illis locis Bardo-
 rum, non minis ipfum tum temporis populum,
 quàm publicos divini cultus Profeffores ac Docto-
 res, ad vetuffiffimæ Chaldæorum, Ægyptiorum,
 imò & Judæorum appellationis confvetudi-
 nem, designantium; ex quâ deinceps præcipua
 cepit augmenta vicinior ipfi Luneburga, metropo-
 lis Ducatus inde vocati celebratiffima. Annus eam
 excepit nascentem millefimus à Chrifto nato, fexcen-
 tefimus, & quinqvagesimus fecundus: in quò qui-
 dem dies 17. Septembris ita ei conceffus eft, veluti
 natalis, ut mox etiam melior succederet, cœleftis
 generationis dies, quò & dignitatem Filiæ DEI re-
 cuperavit, & nomen CLARÆ MARGARETÆ
 obtinuit, non vanitate quadam minus confideratâ,
 fed è confilio Patris fui provido, ac defiderio vitæ fem-
 per Chrifto dignius instituendæ, ficut ipfe his verfibus
 ad effigiem tenellæ additis expreffit:

CLARAM MARGARETAM GENITOR ME NO-
 MINAT, UT SIM
 MARGARIS IPSIUS CLARA CRUORE DEI.

Effulfit ex eâ deinceps indoles animi fanctioris, quie-
 tifque pariter & curæ domesticæ amantiffimi, atque
 ad ea apprehendenda omnia, quæ & Chriftianifmum
 perficiunt, & vitam rectè gerendam undique exor-
 nant

ornant, & œconomicam vivendi rationem summopere
adjutant, longè aptissimi. Quod enim ad Christianismū
spectat, fidei doctrinam æqvè ac praxin viva tenuit in
observantiâ, nec parū edocta fuit in rebus sacris,
cultrix DEI devotissima, amatrix Verbi divini strenua,
observatrix antiquorum morum tenacissima, ad vana
novaturientium placita, quibus illi facile potuisset,
surda semper, & celerrima potius ad divinæ normæ re-
ctitudinem absqvè *ἰθαλοθησκεία* minus sana, educatrix
suorum omnium, monitrixqvè providentissima, &
exemplar vitæ in sexu femineo inculpatissime tuendæ.
Præterea verò in iis, quæ vitam reddunt ornatorem,
ita fuit exulta, ut, quidquid elegantiae femellis con-
venit ad aliquam spectans veram utilitatem, in ipsa
sic fuerit cumulatum, ut vel ipsa excellens arte organicâ
per integrum aliquando annum, in gratiam Viduæ
Organædi, ipsa Virgo Musicam in templo ecclesiasti-
cam in Ecclesiâ Bardovicensi Cathedrali direxerit.
Œconomicam autem quod attinet, non facile ipsam
superavit quæquam: ita callens erat rei culinariæ,
conditoriæ, ac pistoriæ artificiosioris, & quidquid
illuc pertinet, absqvè ullâ tamen, quam oderat, pro-
fusione: prætereaque rei architectonicæ, cui permultum
tribuebat, & hortensis, nitidioris non minus quam u-
tilioris, & piscatoriæ, quousque ad familiare nego-
cium accedit: quæque omnes cæteras superat, rei
matronalis, quâ & maritis studere pia conjux deside-
ravit, & liberis rectè educandis operam impendere
justissimam non est oblita. Scilicet ex consilio Dul-
cissimorum suorum Parentum primas illa tædas
nuptiales junxit, nondum integros octodecim annos
nata,

JULIA

nata,

nata, cum Præ-Nobilissimo quondam & Consultissimo Viro, Domino JOH. HENRICO KOEPKENIO, J. U. Doctore, & inter Luneburgenses Practico Longè Celebratissimo, ac post mortem quoque Desideratissimo, Filio tum temporis viri Perreverendi, ac Doctissimi, Dni. BRANDANI KOEPKENII, Canonici Senioris, ac Thesaurarii ad perantiquam SS. Petri ac Pauli Ecclesiam Bardovicensem Meritissimi, cui suo focero non minus, quam focruæ suæ Amantissimæ, Nobilissimæ feminae, Dominæ MARIÆ WIGERLÆ, Adm. Rev. Dni M. BRANDANI WIGERS, Pastoris quondam in Luneburgensibus Nicolaitani Primarii filiae, talem se nurrum exhibuit, qualem exoptare illi unquam poterunt. Mariti autem hujus sui ita fuit pia cultrix, ut vel moribundus ille istud laudare & commendare non omiserit. Post ejus verò obitum, qui Anno 1684. d. 8. Febr. contigit, similem omninò fidem approbavit. Viro Præ-Nobilissimo, & Consultissimo, Dni. JOACHIMO ZIMMERMANNO, Luneburg. Judiciæ Præsidi, ac Senatori, Scholarchæque Johannei, ibidem inclyti, Viro de his ipsis aliisque muneribus, ipsaque de eruditione meritissimo; quippe cui, in favorem educandorum etiam tanto rectiorum liberorum, ex svasu potissimum Scharfiano paterno, manum nuptiali ritu iterum conjunxit Anno 1687. mense Augusto, cum eoque vitam vixit ita placidam, ita amicam, ut nihil in eâ præter constantiam desiderari poterit. Verum sicut prius laudati Dn. Doct. KOEPKENII Conjugium non duravit integros annos quatuordecim, ita posterius ZIMMERMANNIANUM ne dimidium quidem illud spatium attigit

git ; cum Vir summâ laude dignus hanc vitam jam
exueret anno 1692. itaqve ipsam viduitati novæ re-
linqueret. Ex utroqve tamen conjugio prole fuit
beata : & quidem ex priore peperit filiam qui-
dem Unicam, filios verò tres, Fratres KOEPKENIOS:
ex posteriore autem filium unicum , ZIM-
MERMANNUM. Quâ fide suis liberis in utroqve
sive conjugio , sive viduatu præfuerit , satis prædica-
ri haud potest : cum in rectam eorum educatio-
nem omnes animi corporisqve vires , & quidquid
præterea bonorum potuit , perlubenter contulit ,
Deiqve favorem tantum inde percepit , ut in libe-
ris dici possit id omne ubertim reperisse , quod in
parentibus , maritisqve perdidit. Unicam enim
filiam suam Præ-Nobilissimam omnibusq; sexus sui
virtutibus ac decoribus quam cumulatissimè prædi-
tam , Dominam ANNAM MARIAM , in poste-
riori conjugio suo nuptam dedit Viro Maximè Re-
verendo , Excellentissimo atqve Amplissimo , Do-
mino JOHANNI PETRO GRUENENBERGIO ,
Philos. pariter atqve Theol. D. hujusqve P. P. Ord.
longè Celeberrimo , Consistorii Ducalis Consiliario
Gravissimo , & Districtus Ecclesiast. Mecklenburg.
Superintendenti Vigilantissimo , Fautori , Amico
atque Collegæ nostro Honoratissimo , quicum il-
lam vidit placide viventem inde ex Anno 1691. In al-
tero autem viduatu Filius natus maximè Summè Rever.
Ampliff. atqve Excellentiff. Dominus DAVID HEN-
RICUS ROEPKENIUS , itidem Collega , Fautor &
Amicus noster Honoratissimus , felicitatem ejus auxit
non minus , tum ex Professione Philosophica , tum ex
Docto-

Doctōratu Theologico, item & Philosophico,
tum ex faustissimo conjugio cum Præ-Nobilis-
simâ, Ornatissimâqve Feminâ, Dominâ ANNA
CATHARINA, Viri Præ-Nobilissimi & Consultis-
simi, Domini JOHANNIS PAPEN, J. U. Lic. ac Pra-
ctici Percelebris filiâ unicâ; ex quo etiam conjugio
Avia est facta quinque dulcissimorum nepotum:
JOHANNÆ MARGARETÆ, JOHANNIS
HENRICI, ANNÆ, ANNÆ CATHARINÆ I.
& ANNÆ CATHARINÆ II. quamvis nimia hujus
vitæ brevitatis cœlis remiserit celerrimè, quos vix
terræ viderant, præter natu maximam, quæ sola
biennium, & tertii quadrantem absolvit. Faxit
DEUS, ut spes, quam BEATA ex hęc conjugio
denuò florescentem vidit, efflorescens tandem
hanc Avia jacturam multò majore cum gaudio,
ac diuturniore cum vitâ refarciat. Alter Filius,
Nobilissimus ac Clarissimus DNS. BRANDANUS
FRIDERICUS KOEPKENIUS J. U. Candidatus,
iterū variò felicitatis incremento beavit Dilectissimam
sibi Matrem, dum præter officium Secretariatus,
quò apud R. hujus Universitatis FCtem Theolo-
gicam fungitur, dimidio & quod superat anno
ante beatum hunc Ejus è vitâ discessum matrimonio
sibi junxit longè svavissimo Nobilissimam omniqve
virtutum decore fulgidissimam Dominam MAR-
GARETAM EUPHROSYNEN, Beati Viri, Præ-
nobilissimi quondam & Consultissimi, Domini
JOHANNIS SIBRANDI, J. U. D. & in hâc Academiâ
P. P. Ducalis Celeberrimi, suæqve FCtis, & Collegiî
Senioris quondam summè venerabilis, Filiam na-
tu minimam, tunc Virginem Lectissimam.
Tertius verò e Filiis, Præ-Nobilissimus ac Consul-
tis

B

tis

tissimus Dominus GEORGIUS WILHELMUS
 KOEPKENIUS, J. U. Licentiatus Clarissimus, &
 in Judicio Consistoriali Advocatus ac Procurator
 Ordinarius, recentissimè eandem reddidit ulterius
 felicem, dum in thalamum, ante bimestre circiter
 spatium, adscivit Florentissimam tunc Virginem,
 nunc conjungem ipsi jucundissimam, Nobilis. Vir-
 tuosissimam; Dominam EVAM CATHARINAM,
 sub honestissimâ suæ Matris, Nobilis. ac virtutum
 ornamentis condecoratissimæ Dominæ EVÆ LIN-
 DEMANNIÆ educatione à B. Suo Patre, Nobilissi-
 mo quondam & Solertissimo Viro, Domino HEN-
 RICO DUGGEN, Præfecto Ducali Malchoviensi,
 unice relictam Filiam. Quibus felicitatis augmen-
 tis prospera à quartò quoque Filiò, quem posteriori
 conjugio debuit, Nobilis & Politis. DN. DAVIDE
 JOACHIMO ZIMMERMANNO, non levia bonæ spei
 cepit auguria, quippe qui post studia Juris in hac
 Academiâ per aliquot annos feliciter gesta forman-
 dis moribus Nobilis Juventæ von der Lübe/Heredita-
 riæ in Panzau, Porstorf, Kirchen Mulsau, & Wend-
 fchen Mulsau multâ nunc cū laude præest. Cui ut DEUS
 varia felicitatis incrementa faxit, repetentes ma-
 terna vota lubentissimè precamur. Nihil super-
 est, nisi ut de BEATISSIMÆ morbo, atque mor-
 te aliqua addamus. Non potuit autem mors esse
 tristis, ubi vita fuit Christiana. Fuit autem il-
 la adeo bonis moribus inclyta, ut haud fucata in
 DEUM Ejusque CHRISTUM fides undiqve ef-
 fulserit. Ita suos omnes, uti supra dictum, e-
 ducavit piè, ut propterea suas etiam filias Affinis è
 Sorore ipsius, B. AGNETA CATHARINA
 SCHARFIA, proximus, Vir Præ-nobilissimus,
 &

& Expertiffimus , DN. JOACHIMUS SIGIS-
 MUNDUS HECHT , Med. D. ac Practicus Ce-
 leberrimus , & Poliater Luneburgensium Prima-
 rius, ipsius curæ commiserit educandas : in quibus
 quidem tantam posuit fidem , ut vel hodie grates
 ipsi referant in terras, Laudatissimæ foeminæ, ANNA
 MARGARETA , Plur. Rever. atqve Clariff. DN.
 HANNONIS HENRICI GRÜNENBERGII,
 Blücherensis in hâc terrâ , & AGNES CATHA-
 RINA , Plur. Rev. ac Clariff. DN. BROM-
 BERGII, Sittensensis in Ducatu Bremenfi, Pasto-
 rum conjuges ; in ipsis verò cœlis piissimè defun-
 cta tertia é baptisimò per illam suscepta , CLARA
 MARGARETA , quæ Virgo obiit. Ita præter
 parentes suos , proprios æqvè ac focerales , quos
 nunquam vel verbulo offendere, & præter suos Con-
 juges, Generum & Nurus, eorundemque Parentes
 & Cognatos , quos non nisi amore prosequi, sem-
 per gestiit, dedita quoque fuit proximis suis Con-
 sanguineis, ut Beati nunc Fratres , Maximè Rev.
 quondam DN. HENRICUS WILHELMUS
 SCHAREIUS, Phil. M. & S. Theol. Lic. ac Su-
 perintendens Luñensis : itemq; Præ . nobiliff. &
 Excellentissimus quondam DN. DAVID JONA-
 THAN SCHARFIUS , Phil. & J. U. D. ac Se-
 reniff. nostri Principis Consiliarius Regiminis ac
 Justitiæ Meritissimus, non minus, quam superius
 laudata Soror unica , B. AGNES CATHARI-
 NA HECHTIA sempiternum ipsius velut primo-
 genitæ sororis amorem deamaverint, ac superstes
 frater unicus , Summè Rever. DN. PETRUS
 BARTHOLDUS SCHARFIUS , in Comitatu
 Hojensi , ejusque primariâ urbe Hoja Antistes Lon-

gè meritisimus amorem eundem, cui & præsentem hic suum filium DN. Joachimum Sigismundum Scharfium, L. L. Studiosum solícite commendaverat, non vulgari desiderio sit desideraturus. Ita denique solícita fuit pro suapte animâ, ut Verbo DEI, & quousque per valetudinem potuit, ipsi quoque templo fuerit affixissima, Sacramentis DEI ex animô deditissima, adeò, ut vel in ipso ferali morbo publicam cum Ecclesia communionem, esse si ullô modô posset, anxie optaverit, privatam autem, cum illa obtingere ipsi non posset, cum signis devotæ mentis locupletissimis avidè acceptaverit, de quô Viro Adm. Rev. & Religiosissimo, DN. HENRICO BEKKER, Pastori hîc Jacobæo Longè Dilectissimo, coram quo de peccatis suis dolere consueverat, quàm optimè constat. Tota ejus vita erat probitatis exercitium, apud se ipsam, incitamentum apud suos, exemplum apud omnes, qui eam usquam noverunt. Placuit autem DEO ipsam quoque constituere insignis patientiæ exemplum, quandoquidem ejus materiam consecuta est non tantum in crebro Patris, atque Matris, Soceri atque Socrus, duorum Fratrum atque unicæ Sororis, unius item nepotis & quatuor neptum, aliorumque piè defunctorum Amicorum, maximè verò Optimorum duorum è successione Conjugum squalore sibi imposto; sed & in proprii corporis molestiâ insigni: quippe cum ante annos circiter sex hîc Rostochii in ædibus Filii sui natu maximi, Dni D. KOEPKENII, vehementissimô fuerit afflicta morbo, ex quô, cum fato ferali videretur decumbere, eam nihilominus restituit Præ-Nobilisf. &

& Expertissimus DN. D. JOH. ERNEST.
SCHAPERUS ; Medicus in Aulis Regum atque
Principum Celebratissimus , & Archiater , ac
Consiliarius Aulicus Serenissimi Nostri Principis
Laudatissimus , in nostrâ Academiâ Med. P. P.
Ducalis , & nunc tertium electus Rector Uni-
versitatis Magnificus. Ex illô verò tempore oc-
cupavit ipsam infaustissima , ut judicatum est,
tympanites , quæ ipsam per aliquot menses ita
denuò afflixit , ut desperata res esse undique
videretur. Cum verò in hoc ipsò locò Medicis se
sustentaret consiliis , extraneorum quoque adju-
mentorum adhibitò usu, & consultò in hoc negocium
Celeberrimo , quem supra laudavimus , Medico
Luneburgensi, Affini ipsius Expertissimo , Domino
D.HECHTIO , præter spem fermè omnem conva-
luit , & remisit ille morbus tantâ cum prolapsione
tumoris , ut intra paucos dies ne sibi quidem similis
esset, sed ad gracilitatem planè admirandam restituta
foret : quod ipsum gratâ etiam mente , pro quâdam
saltim parte, tribuere solebat consilio ignoti cujusdam
& mendicantis viri , qui herbam quandam agrestem
ipfi commendaverat , redigendam in pulverem, & ita
in concocto ex vinò & aqvâ potu quotidie utendam.
Verùm post spatium ferme annum , cum interim
Luneburgam aliquantisper de rebus ibi suis disposi-
tura repetiisset , redierunt infausti tumores , &
deinde ac per hos potissimum duos ultimos vitæ an-
nos non parum molestiæ in ædibus Grünenber-
gianis ipsi attulerunt. Non satis laudari potest
ipsius constantia , patientia , moderatio , assiduitas, &
omnigena probitas in omni istâc molestiâ : cumque

DEus animo suffunderet æquitatem, pedibus autem aliquam semper concederet firmitatem, res suas, dissimulatis corporis doloribus, ita provide, ita solícite tractavit, ut nihil supra: in hortensi præsertim cura multum posuit diligentia: præcipuam autem temporis partem in meditatione DEi, flexis ad terram genibus frequentissime suffulta collocavit: nec templum deserere publicumque DEi cultum voluit, quousque per extremam hanc imbecillitatem interesse potuit. Interea verò adjuncta huic miseriæ conquesta sunt non hic tantum, sed & Luneburgi, Hamburgi, Havniæ, aliisque in locis pluribus, si forsan tanto malo succurri posset. Cum verò d. 27. Martii h. a extra domum fortuito quodam casu in terram sublapsa esset, ex eò die pejus habere corpus ita quassatum cepit, conclavique primùm affixa, ac postea etiam lecto adhærescens, quamvis ne postremo quidem die desineret aliquantisper extra cubilis terminos sedere, Verbo DEi multo etiam magis se sustentavit, & d. 7. Aprilis Sacramento etiam Cœnæ beata, nil nisi DEum ac JESUM suum, placidumque discessum ad superos ex hâc vitâ desideravit. Variis autem medicamentis sustentata est, quæ etiam Præ-Nobilissimus & Expertissimus Dominus GEORG. DETHARDINGIUS, Med. D. & P. P. Celeberrimus, Fautor, Collega & Affinis noster æstumatissimus, omni quidem fide, at simul etiam cum provido mortis non diu emanaturæ indicio liberis statim declarato, suppeditavit. Qua de re ipsum illum audiemus Medicum Excellentissimum, sequentia nobis rescribentem:

Ad piè Defunctam pridie æternalis diei vocatus offendi illam viribus

do

detritis in Lecto se volitantem magis quam decumbentem. Nec enim in oleo
Abdominis id quod Tympanites Ascite juncta admodum extenderat & ad
genua usq; protruserat. situm concedebat per paucula momenta tranquil-
lū. Quæ periculum tam grave non parum augebant, erant Aphæ oris & colli
cacavitatem sibi vindicantes & transitum denegantes non modo cibo & po-
tui desiderato, sed & exitum amico ex pulmonibus summa petenti. Fa-
cilis hinc erat sententiam de morte imminente ferre, quam remediis
desideratam medelam. Quod tamen consulebar de morbo tam gravi,
nolui deesse desideriis Optimorum Liberorum illaq; non e penū Medicā
depromere, quæ si non levamen, solamen tamen afferre possent. Annuit
his ceptis Archiater Summus, ut ipsa Patiens se non parum inde refici cum
gaudio Adstantium fateretur. Nec ergo tam horrida erat approximā-
tis Mortis imago, quin illa vite satura, cum filium natu minimum
fecisset advocari, eumq; die 13. ex voto vidisset, noctemqve proximam,
ut ultima sibi concederetur, a DEO propriis alienisque precibus,
exorari voluisset, auditā d. 14. huj. m. post horam matutinam
qvintam sequentis diei benedictione, & acceptā per Generum
suum, Maximè Reverendum Dn. D. GRÜNENBERGIUM com-
mendatione in manus Servatoris DEI, placide animam suam
& beatè exhalavit ante horam sextam. Hæc illa sunt,
CIVES HONORATISSIMI! quæ de beatissimè Defun-
ctæ ortu, vitâ & obitu nostram in notitiam pervenere. Ex quibus
abundè intelligitur, promeritam eam omninò fuisse, cujus memoria
& apud nos conservetur, & propagetur ad futuram, si quæ futura est,
posteritatem. Nec minùs, quantum acerbi mceroris abitus illius at-
tulerit relictiis Filiis viventem eam omni honore vereq; filiali affectu
prosequutis: quantum lacrymarum oculis expresserit Filia, dulcissimam
genitricem, supra quam dici potest, veneratæ: quantum ex eo conce-
perint doloris Gener Nurusqve: quantum deniq; suspiriorum exci-
taverit in cordibus omnium tum sanguine tum affinitatis vinculo Be-
atæ Nostræ conjunctorum, ex dictis conjectu perfacile erit. Suo-
rum quippe lugere obitum, naturale quidem dixerim: verùm si eos
amiserimus, qui de nobis nostrisque rebus optimè meriti præterea sunt,
eò plus nobis lugendi ac contristandi causæ datur. Idcirco Fulgi-
dissimæ Familiæ funus hodiernum paranti, quos sentit, dolores eo mi-
nùs verti vitio possunt, quo plura atqve majora in illam Beatæ hujus

Ma-

Matronæ fuerunt merita. Etiamſi autem non ſine cauſa, VOS, ob
peracerbum huncce caſum Afflictiſſimi! hodie quiritemini: non tantum
ſine DEI, qui omnis vitæ fons eſt, homineſque mori iubet, paternæ
voluntate Veſtram, quam lugetis, Matrem, Socrum, Conſanguineam,
Affinem, in vivis eſſe deſuiſſe, optimè noſtis, in qua acquieſcendum
etiam Vobis erit. Scio, Vos hæc, etiam me non ſuggerente, ſatis
ſuperque ſcire; Veruntamen tam charum amiſſiſſe caput durum haud
dubiè cogitatis. Et durum eſſe fateor: aſt patienter ferendo vincantur,
oportet, quæ mutari non poſſunt. Solatio Vobis eſſe poteſt, Ve-
ſtram olim illam ita inter mortales vixiſſe, ut DEUM non in ore
ſolum, ſed in corde etiam circumtulit, pietatem factis comproba-
verit, mortalitatis ſuæ immemor nunquam fuerit, veramque &
æternam anhelaverit immortalitatem. Hanc igitur dum aſſequuta jam
eſt, non eſt, quod mortuam lugeatis, ut potius cum DEO, Angelis
Sanctiſq; viventi vitam nullo ſeculo terminandam gratulari habeatis.
Non enim ex vita in mortem; ſed ex morte in vitam tranſiit. Ita
beatè mortua eſt, quia in Domino mortua, & requieſcit à la-
boribus ſuis, & opera ſua ſeqvuntur eam. Hæc Vobis ſolamina
non præſcribere, nam optimè Vobis nota ſunt; ſed in memoriam
duntaxat revocare volui, ut eadem, & quæ præterea Vos Vobiſmet
iſtis ſuggeruri eſtis, in cordibus veſtris confirmet iſ, qui veri ſolatii
fons eſt, optans rogansque. Sed & Vos, CIVES ÆSTUMATIſſIMI!
Afflictiſſimæ Familiæ in ſuo luctu non nihil afferre ſolatii poteritis,
ſi Laudatiſſimæ Matronæ frequentes iveritis exequias. Agite igitur,
hunc ultimum ei exhibete honorem. Merentur id virtutes beatè
Defunctæ, quibus, quamdiu inter nos vixit, præ aliis multis mul-
tationem eminuit. Debetur illud Superſtiti Familiæ, cujus ignota me-
rita non ſunt. Decet ipſum Vos ipſos, ut aliorum funera comitan-
tes ſuum ſinguli proprium meditemini. Nam, dicente Gregorio
illo Magno, *feliciter quis in alterius funere meditando
ſtudium locat, quod in ſuo adornando
remedium ferat.*

P. P. & ſigillo Reſtorali munitum
Anno MDCCXI, d. 23, Aprilis,

tissimus Dominus GEORGIUS W
KOEPKENIUS, J. U. Licentiatus C
in Judicio Consistoriali Advocatus a
Ordinarius, recentissimè eandem red
felicem, dum in thalamum, ante bin
spatium, adscivit Florentissimam tu
nunc conjungem ipsi jucundissimam,
tuosissimamq; Dominam EVAM CAT
sub honestissimâ suæ Matris, Nobilis
ornamentis condecoratissimæ Domina
DEMANNIÆ educatione à B. Suo Pa
mo quondam & Solertissimo Viro, Do
RICO DUGGEN, Præfecto Ducali
unicè relictam Filiam. Quibus felici
tis prospera à quartò quoque Filiò, qu
conjugio debuit, Nobilis & Politis.
JOACHIMO ZIMMERMANNNO, non
cepit auguria, quippe qui post studi
Academiâ per aliquot annos feliciter
dis moribus Nobilis Juventæ von der G
riæ in Panzau, Porstorf, Kirchen Mull
fchen Mullau multâ nunc cū laude præe
varia felicitatis incrementa faxit, r
terna vota lubentissimè precamur.
est, nisi ut de BEATISSIMÆ morbo
te aliqua addamus. Non potuit aut
tristis, ubi vita fuit Christiana.
la adeò bonis moribus inclyta, ut h
DEUM Ejusque CHRISTUM fide
fulserit. Ita suos omnes, uti sup
ducavit piè, ut propterea suas etiam
Sorore ipsius, B. AGNETA G
SCHARFIA, proximus, Vir Præ

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y
Z

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V



& Expertiffimus, DN. JOACHIMUS SIGIS-
 MUNDUS HECHT, Med. D. ac Practicus Ce-
 leberrimus, & Poliater Luneburgensium Prima-
 rius, ipsius curæ commiserit educandas: in quibus
 quidem tantam posuit fidem, ut vel hodie grates
 ipsi referant in terras, Laudatissimæ foeminæ, ANNA
 MARGARETA, Plur. Rever. atqve Clariff. DN.
 HANNONIS FRERICI GRUNENBERGII,
 Blücherensis i, & AGNES CATHA-
 RINA, Clariff. DN. BROM-
 BERGII, Catu Bremensi, Pasto-
 rum, melis piissimè defun-
 & scepta, CLARA
 Ita præter
 rales, quos
 suos Con-
 Parentes
 rosequi, sem-
 ximis suis Con-
 es, Maximè Rev.
 WILHELMUS
 S. Theol. Lic. ac Su-
 itemq; Præ. Nobiliff. &
 ndam DN. DAVID JONA-
 THAN, Phil. & J. U. D. ac Se-
 reniff. n. incipis Confiliarius Regiminis ac
 Justitiæ Meritissimus, non minus, quam superius
 laudata Soror unica, B. AGNES CATHARI-
 NA HECHTIA sempiternum ipsius velut primo-
 genitæ sororis amorem deamaverint, ac superstes
 frater unicus, Summè Rever. DN. PETRUS
 BARTHOLDUS SCHARFIUS, in Comitatu
 Hojensi, ejusque primariâ urbe Hoja Antistes Lon-

B 2

ge

